accidētium ⁊ ſi ex ſupfluitate infrigidatiōis liuor vel ni-
gredo in particula apparuerit fometabis cum aq̄ mari-
na vel dulci calida aq̄ decoctiōis cāomille abſinthij ⁊ re
liquoꝝ ꝯfortare hn̄tium calorē in mēbro. Et deide ſi ex-
pediat ſcarificabis: deinde cataplaſmabiſ luto ſigillato ⁊
armeno cum aceto ⁊ calida aq̄ vt ſupra pluries dictuꝫ eſt
ſupcalefactionem.n.ex tali diſpōne pticula ifrigidare ex
pedit nō calefacere nō tn̄ ex repercuſſiuoꝝ ſupflua appro
ximatione fuerit in diſpōnē cōtrariam pmutata q̄ liuor
ei ſuperacquiſitus vel nigredo declarat. Regimē inter
illa medium obtinebit equale inter extrema vel ad vnū
eoꝝ vel ad aliud declinādum.

Incipit ſumma tertia particule ſecūde ſectionis ſecū-
de de medicinis apo. flegmaticorum ⁊ eorum que illius
generis illa ſequuntur.

Sequitur

ſumma tertie p-
ticule ſecūde ſectiōis ſecū-
de q̄ eſt de medicinis apo-
ſtematum flegmaticoruꝫ ⁊
illoꝝ q̄ illoꝝ generis ſunt
⁊ illa ſequuntur continens
capitula nouem.

Capitulum primuꝫ de vn-
dimia ⁊ ē apa flicuꝫ molle
Ca.ij. de ſcliro ⁊ eſt apa ſcliroticum duꝝ.
Ca.iij. de ſcliro ſplenis.
Ca.iiij. đ ſcliro epatis.
Ca.v. de glandulis ⁊ earum que illius generis ſunt
⁊ puſtulis glanduloſis.
Capitulum.vj. de nodis.
Ca.vij. de apoſtēate vētoſo qđ inflatio dicitur.
Ca.viij. de apoſtemate aquoſo.
Capitulum nonum de dubelati frigidis cōprehēdē-
tibꝰ humores muſcoſos gipſeos ⁊ lapideos ⁊ capillares
⁊ arenoſos ⁊ alios.

Ca.j. de vndimia ⁊ eſt apa flegmaticū molle.

Vndimia eſt tumor flegmaticus albus mol-
lis: frigidus ⁊ indoloroſus. Eſt aūt vnus q
i idropicoꝝ ⁊ ptiſicoꝝ pedibus accidere ſepe
ſolet totius corporis cacochimia ⁊ cōplexiōe
facta ⁊ hec talis in corporibus tumor nō apoſtema fit de
quo hic loquimur: ſꝫ quoddaꝫ ſinthōa ꝯn̄s egritudines
dictas qui dictus eſt caceſia alius dictuſ eſt tumor apoſte
moſus p ſe veniēs ⁊ morbus exn̄s dictus vndimia: ⁊ eſt
apoſtēa lapſum. Cā cuius duplex eſt interior ⁊ exterior:
interior vndimioſi apoſtēatis eſt ſupfluus flegmatici hu
moris in pticulā aliquā ex extrēitatibus corporis: vt ner
uos p āniculos ⁊ iuncturas penes eius diuerſitatē varia
tur: ⁊ quāto groſſior hūor eſt tāto ad duriciē ⁊ frigus eſt
magis decliue: ſꝫ ab apoſtēatibus ſcliris differat pp pau
citatē duriciei ⁊ obfuſcatiōis. Cā vero vndimioſi diſpō
nis ⁊ caceſie q̄ illaꝝ egritudinum eſt ſinthōa p̄ſm eſt va-
por flegmaticus eleuatus ab ea ⁊ nutritiuis mēbris ⁊ q̄-
to eſt ſubtilior ⁊ magis macida mā mollificatio eiꝰ ē ve-
hemētior: ac impreſſio digitoꝝ cum penetratiōe facilior.
Cā vero exterior eſt pcuſſio caſus: ⁊ ſimilia attrahentia
ad locū flegma. ſ. illud ſit paruꝫ ⁊ tūc nō euātur a dolore

ex quibus ſigna diſtinctiuā vniuſcuiuſqꝫ ſunt manifeſta.
Cura illa vero q̄ ſinthōa eſt nullā pcipuā curationeꝫ hꝫ
cū depēdeat eiuſ cura ex cura illoꝝ. Eius tn̄ tumor ſi ſu-
percreſcat ſꝫ in prima ſectiōe ſit dicta cum de medicinis
egritudinū loq̄bamur: hic tn̄ breuiť dicať: ſit aūt fricatō
ne ſola p oxirodiū ac qn̄ p oleū ⁊ ſal vel ſalis cum oxiro
dio. Cura vero vndimie q̄ eſt apoſtēa de q̄ pn̄s eſt: ſmo
eſt q̄tuor res prima eſt abſciſio antecedētis cāe ſa eſt cura
tio apoſtēatis ſeu euātio ꝯiūcte cāe collecte i eo: tertia eſt
regimen ⁊ eſt abſcidēs cām primitiuā: quarta eſt acciden
tiū correctio. Primā ꝯplēt euātio flegmatis ⁊ rectifica-
tio male ꝯplōnis frigide ⁊ hūide ac cōfortatio mēbroruꝫ
nutrimētoꝝ ⁊ digeſtiōis ipſoꝝ: ⁊ illud ſit cū enematibꝰ
acribus vomitibus ⁊ farmacijs flegmagogis q̄ nota ſūt
⁊ ſimplicia ⁊ cōpoſita: ⁊ cum ſirupis ⁊ confectiōibus: ⁊
alijs antidotis rectificātibus ⁊ ꝯfortātibus ex electuarijs
cerat arijs: ⁊ empliſ ſerioſim enarratis in antido. noſtro:
hec.n. vtriqꝫ vndimie ſunt cōia. Secūdā rē ꝯplēt reper-
cuſſio in principio ſiēte apoſtemate cum eo qđ aggregat
exiccationē ⁊ ſtipticitatē reſolutōe q̄le eſt ſpōgia noua vł
antiq̄ aut pecia duplicata ſtupa vel filtrū bn̄ abluta cum
aq̄ madefacta modicū aceti hn̄te ſacit qn̄qꝫ.n. huiuſmōi
ſiſtere paſſionē ⁊ memithe ſolū vel cū quibuſdā exiccan-
tibus calidis: ⁊ ſuccus mirte eſt bonus. Et ppꝛie cum ex
eo cōficiūtur medicine poſt. Si vero ſiſt ere nō fecerit ſꝫ
augeať plus de aceto ſm ꝯplōnē miſcere oꝫ cōmēſuratū
tn̄ vt in mobilibus corporibus ſit aquoſius duris ⁊ ro-
buſtis fortius. Qđ ſi p primas opatiōes non iuueť vene
ritqꝫ egritudo ad ſtatū pueniať cū ipſo ad egritudis finē
⁊ cū ipſo ſolo vel cū aliquo reſolutiuo oleo ſpōgia ipſaꝫ
vel cuꝫ ſale nitro: ⁊ lixiuio aut beruali ex cineribus vitis
vel ilicis fici ⁊ ſimiliū vel aq̄ calcis q̄ eſt fortior ꝯfert ap
plicare. Adhuc vero nō deliteſcēte hoc auxilio ſpōgiam
cū nitro aut aluie ſulfure vel calce vel ſulfure aduſto cō-
fortatā ſup applicare eſt bonū. Et cortex citri cū aq̄ cau-
lis eſt mirabilis: oꝫ aūt ſpōgiā pānū vel filtꝝ eē ſpatioſū
vt oīa latera ꝯprehēdat ne declinet ad alteꝝ locū mā ſi ñ
ſm aliq̄ꝫ extremitatū hoc tale fiat vndimiaticū apoſtema
vel iūctura ſupligatiōe ab inferioribus ptibus incipiēn ⁊
ſupius terminare ſup imiſſionē ꝯphēdere vniuerſā quē
admodū in fracturis facimus: intētio.n. curatiōis in hu
iuſmōi paſſiōibus mixta eſt: hec quideꝫ diaforare de mā
eorū hec vero ſubſtātiā eoꝝ cōſtringere. Si ḡ qs cuꝫ p-
dictis nō ſiſtat ⁊ fortiora farmaca qui mixtā hꝫ virtutē ex
pdictis virtutibus ſuppōere quibus G. ē viſus in croni
cante vndimioſo tūore pungēs oleo pticulā: deinde ſup
pones ſpōgiā ex lixiuio ꝯſtringēs q̄ violētius vidit paſ-
ſionē curatā pfecte nō adhuc hn̄s intētiōeꝫ miſcibilium
virtutū ſꝫ diaforeticū ⁊ inciſiuū declinātēꝫ qđ itelligiť in
crōicātibus fere oibꝰ ſciuit pficere. Cūqꝫ apoſtēa tale in
m̄bro neruoſo fuerit ſpiſſo aut ligamēto aut corda miſcea
tur cū medicis pdictis qđ incidat cū lenificatōe: porro ſi
mollicies i apoſtēatibꝰ pgnātū accidat ſbiūgaſ ſūmitas
cāne đ q̄ ſiūt ſcope i aceto ⁊ ponať deſup: ⁊ meliꝰ ē illud
qđ ſit pꝰ ꝯtrictiōeꝫ ex chimolea cū aceto ⁊ anetū: ⁊ de em
brocatiōe ē decoctio caulis ⁊ aneti ⁊ decoctio corticū ci-
tri. Et de exptis ē inuolui pꝰ huiꝰ i folijs caulū rubeoꝝ
⁊ ipſos aſſatos comedere. Regimen aūt ſit ad ſiccitateꝫ
decliue cum caliditate reſoluēte quale eſt dictum in cu-
ra male complexionis ſtomaci humide epatis ⁊ caceſie.

Accidētium autem correctio eſt doloris: ⁊ maxime ſi ex
cā exteriori puenerit cū ſup applicatione yſopi humide ⁊
vini cocti ⁊ cerotarijs ex oleis anodinis cum camomil-
la anetino fenu greci ⁊ ſe. lini. Et cum embrocatiōe ex vi
no nigro ſtiptico. Et poſt illud miſtratio cum cinere ⁊ ſi
milibus ⁊ cum epithimatibus ex quibus bonum ē vt ſu
matur litium: ⁊ mirra cipum aloes ⁊ croc⁹ ⁊ acacia ⁊ bo
lum armenum paꝝ ⁊ cōficiant cum aceto: ⁊ cum dolor
antec eſſerit ſumātur ſordes balnei: ⁊ buliāt cum vino: ⁊
aqua: ⁊ iſpiſſent cū calce q̄ pōat in ea dōec fiat ſicut maſ
ſa mell' ⁊ liniat. Et iteꝝ liniat loca cū oleo ⁊ ſupponatur
ſpongia aūt lana imbibita aceto: ⁊ ſupligeť fortiter ⁊ me
dicamen de fermēto eſt iuuatiuū. Et de his q̄ ſunt iuua
mēti mirabilis ſunt folia lilij terant ⁊ exprimātur ⁊ ſup
ponātur. Et ſimiliter alumē ⁊ litiū contrita cum aceto ⁊
aq̄ cineris. Et de epithimatibus fortis iuuamētū ē ſter-
cus vaccinū ⁊ olibanū ⁊ ſtorax ⁊ calamus aromaticus:
⁊ vſnee ⁊ ſpica: abſinthium ⁊ alie cōſimiles ⁊ ſimplices: ⁊
compoſite in nr̄o ātidotario dicte.

¶ Ca. ij. de ſcliro ⁊ eſt apoſtēa ſcliroticū duꝝ.

APoſtēa durum ⁊ durities ſeu ſclirios eſt tu
mor: indoloroſus nō tū oio niſi pticula inſen
ſibilis ſit oio: vt cōcatenationes exiſtūt ⁊ glā
dule oſſa ⁊ cartilagines: ſi. n. pticula ſenſibi-
lis eſt: vt corde nerui ⁊ iuncture lacerti ⁊ ſimlia dur⁹ tu-
mor talis nō erit oio inſenſibilis: deinde ſi. n. oio inſenſi
bilis eēt oio inſanabilis foret: ſꝫ q: eſt difficile ſenſibilis ⁊
ſm hoc difficile ſanabilis erit eſt aūt difficile ſanabil' cuꝫ
fiat ab hūore viſcoſo ⁊ groſſo difficile reſolubili a pticu-
lis in quibus emplaſtatū exiſtit. Aliquando quideꝫ mox
a principio tale exiſtit ⁊ paulatī augetur ⁊ eſt melancoli
cum plurimū vero a ſtolido medico ꝯſtituiť apocruſticiſ
vel diaforeticis farmacis incōpetēter approximatis fleg-
monoſo vel vndimioſo apoſtēati vt ſupius dictū eſt qui
bus māifeſtā diminutionē opantibus tpe breui ſpabit ō
tali curatione vere ignorās qm̄ reliqua paſſionis inſana
bilis fiet diaforetica. n. ſubtili pte hūoris ⁊ hūida ſliquia
exiccata lapidea ſit. Et. n. gn̄eratio lapidis qui in iūcturiſ
ex hūore groſſo eſt et viſcoſo nō paulati euaporato: ſꝫ re
pēte ſimul eſt exiccato ⁊ violēter calaſtiē. ita vero ⁊ in re-
nibus lapides gn̄erabūtur aduſto in eis hūore groſſo: ⁊
viſcoſo. Propterea igiť i ſclirofis. i. duris diſpōnibus:
nullius eoꝝ q̄ fortiter caleſiūt vel deſiccāt: farmacoꝝ ad
curā ꝯgruū eſt ſꝫ q̄ caliditatē hn̄t tepidā potentē euapo-
rare vt nꝫ multā nꝫ oio minimā ſꝫ ſufficiētēꝫ mollificare
ſupexcell̄ s. n. hūidū nō oio diaforat: modicaꝫ vero hn̄s
hūiditatē exiccat fortius q̄ ꝯueniat vel inſufficiēter ſmo
lit. Cura itaqꝫ inſenſibilis cura eſt tres res ſꝫ ꝑprie eius
qui eſt a medico gn̄ratus: prima ē mundificatio corporis
ab hūore flegmatico ſanguineo vel colerico vl' mlico ap
to facere augere egritudinē ꝯpleť vero cū his q̄ ſūt nota
ſa eſt curatio exiture ſeu tumoris ſclirofi: cōpleť aūt mol
lificatiōe ⁊ ipſius reſolutiōe. Cōplētur vero ambe: qn̄ꝫ
ſimul mixtis eiſdē farmacis qn̄qꝫ diſtinctis: ſimul quidē
vt ſimplicibus vel cōpoſitis diuerſis tn̄ ſm fortitudinem
⁊ debilitatē ſm diuerſitatē infirmi ⁊ mēbri nāꝫ ſimplici-
bus vt puta medull' ex quibus melius ē vt ceruina vitu
lina ⁊ adipibus de qbus inť volucres anſerina melior in
ter greſſibilia aſinina: deinde anſerina ⁊ gallinacea. Et
ſimil'r ex rapacibus auibus ⁊ vulturis ⁊ falconis: ⁊ ex q̄-
drupedibus ſilueſtribus ⁊ rapacibus: vt vulpina lupina
leonina: vrſina ac leopardina: ⁊ taurina: caprina vero pi-
guior eſt ⁊ ſiccior ⁊ magis q̄ hircina: ⁊ ꝑinde huiuſmōi
diſpōnibus incōuenientior: ⁊ adhuc vero cū his armōia-
cum: ⁊ timiana: ⁊ bdelliū alteruꝫ ⁊ maxime hircinuꝫ in
quātū vt qꝫ huiuſmōi eſt: ⁊ maſtix: ⁊ ſtorax hūida ⁊ ſic-
ca: ⁊ mucilagies adhuc vt fenugreci: ſe. lini ra. ſalicū ra.
altee oia p̄dicta mollificāt multū cū rſolutōe pauca. Cō
poſita ſunt q̄ ex his ꝯponunť: ⁊ ea q̄ ex cerotis ⁊ electua
rijs in antidotario nr̄o ſunt ſcripta: diſtinctis vero ⁊ hū
dis ⁊ dyaforeticis alternati miſtratis. Sint aūt ex lēpto-
meris ptibus mollificātia hūida ⁊ maxīe in pticulis dē-
pſis exn̄te ſcliro ꝓpea in neruis cōcatēatiōibus ⁊ colliga-
tiōibus viſum eſt mihi melius ipſis mollificātibus quid
imiſcere inciſiuū ſubtilis ſbē q̄le eſt acetū ⁊ maxīe in me-
dio mollificātiū ⁊ dyaforeticātiū: ſit aūt paucū ⁊ paruūꝫ
miſtratū: qm̄ neruoſa nocet: niſi ſit carnoſa ⁊ rara vt ep
⁊ ſplen. Et quidē ordo ſit talis: vt pmittātur fomētatio-
nes euaporatiōes ptitue ex aquis decoctiōis herbaꝝ ra
dicū ⁊ ſe. p̄dictoꝝ cū folijs malua: ⁊ mellilloto: brācha vr
ſina: aneti recētis: ⁊ radicū cucūeris aſinini ⁊ ſiſium cum
o'eis q̄ eſt melius. Sint aūt ex ſubtilibus porētibus pe-
netrare in ꝑfundum mollificatibus cum reſolutiōe qua
dam vt eſt oleum antiquum ſimplex: oleum de alchana
de lilio de laudano ſtorace: ⁊ ſambucino: ⁊ caricis pigui
bus: ⁊ de alkerua ⁊ in ſambucino quideꝫ eſt meli⁹ de re
ſolutione ⁊ mollificatiōe equaliter. Deinde inunctiōes
ex p̄dictis adipibus ⁊ medullis: deinde lapidem marcha
ſitum vel molarem ignitum habere: ⁊ ſupeffundere ace-
tum acerrimum vt ſcliratum collera euaporetur cum eo
deinceps applicētur dyaforetica farmaca ſimplicia ⁊ cō-
poſita ex gūmis ⁊ pinguedinibus p̄diſtinctis: ⁊ alijs dia
foreticis appropriatis: optimum autem eſt armōiacum
p acetum diſſolutum mollificato ſcliro: ſufficit autem eo
ſm vnum vel duos dies vtētes redire ad mollificantia
rurſus qb⁹ plrimis dieb⁹ vtētes oꝫ ſubiam ſupapponere
deinde redire ad farmacum ex armōiaco vel oppopōa-
co: ⁊ ex bonis que eſt fex ſeminum ⁊ fex aceti: ⁊ buliāt be
ne ⁊ effundatur ſup eas armōiacum. Aliud ſumať ſter-
cus aſini ⁊ radix euiſci ⁊ ſtorax: ⁊ fiat linimentum cuꝫ eis
⁊ fortius eſt qđ fit cū radice cucumeris vel brionie vel al
tee decoctis ⁊ mixtis cum pinguedine: ⁊ ex radice dragō
tee eſt fortioris reſolutiōis: ſint autem ei mixta mollificā-
tia dicta: ⁊ emplaſtra que ponemus ad ſcroſulas ſunt bo
na: ⁊ keiri: ⁊ proprie de radice eius ſicca cuꝫ aceto empla-
ſtrata curat apoſtemata dura petrificata. Tertia res cō-
pletur regimine: ſit auteꝫ ex humectatio ſupra nota. ⁊ ꝑ
prie ex radice altee cum adipe defecta decocta: ⁊ extenua
tio ſeu exiccatio mixta ſecundum tempora variatum vt
tempore mollificatiōis ad humectationum tendat tem-
pore vero reſolutiōis ad ſiccitatem.

¶ Ca. tertium de ſcliro ſplenis.

CUra ſcliri dicta eſt cura cuius inquātū ſcli-
ris: ⁊ prout conſimilis membri eſt. Cura ve
ro eius prout officialis membri eſt nunc pre-
iacet dicere exiſtētibus inquam quibuſdam
organicis maxime aptis ſcliraꝛi membris altero quidem
ꝑꝑ lutoſam ſubſtantiam groſſam ⁊ dēpſam coāguſtātes

tranſitus eius ⁊ vias vt ep̄s: altero pp groſſicie cibi q̄ nu tritur vt ſplene altero pp vtrūqȝ vt renibus: de cura ſcliri in eoꝝ vnoquoqȝ dicendū ꝙ breuiter gratia īdicationis ſumēde a natura particule licet latius ſuperius dicta ſint. Splenis itaqȝ ſcliroſ predictis tribus rebus pficitur cu ra fortitudie tamē differentibus ⁊ loco: farmaca.n. inci dentia cū remoliendo ⁊ dyaforendo oȝ eſſe fortiora pre dictis cū ſplen eam tolleret intriſtat ⁊ nō ſolū exteriꝰ mi niſtrata ſed ēt iterius. Sitqȝ interius miſtrate ex approꝑa tis vt cortex capparis radicis ſcolopēdrie: ⁊ tamariſci: ra dices ⁊ ſumitates ⁊ cortex ſalicis: tamariſci cortex ⁊ ſumi tates ac flores ⁊ folia fraxini: ſintqȝ in aceto decocta vl' ꝑ parata in oximelle. Et exterius mollificantia premiſſa ex vaporationibus cū aceto ⁊ aliquo ex predictis cū medull' ⁊ adipibus. Et deide ex eis cū gūmis predictis diaforen tibus mixtis: ſintqȝ reiterata multotiens cū fricatiōe lon ga manibus calefactiſ. Regimē quoqȝ īponat ſubtiliatiū aperitiuū ⁊ abſterſiuū viſceris. Cōtingit āt q̄nqȝ tūidū ⁊ durū fieri nō qꝛ ſclirū ſed qꝛ ventoſitate plenū vt tāgēti reitēs videatur: nȝ graue ipſū ſentiat patiēs. Tali quidē nō mollificantia ꝯuenit miſtrare: ſȝ quecunqȝ apta nata ſūt exiccando dyaforare: qualia ſūt ſimplicia ⁊ ꝯpoſita: ⁊ ex ſimplicibus eſt flos ſalis extrorſū ſuperpoſitis ſplēi: ⁊ ex ꝯpoſitis quale eſt ꝑ abſinthiū emplaſtatatū cum ſpica pro ſit: deinde quale ē qđ per ſulphur plus ⁊ alumen mi nus: in talibus.n. dyaforeticis oportet dominari: modi cum autem miſceri ſtipticantis ⁊ exiccantis.

¶ Capitulum quartum de ſcliro epatis.

Epatis vero ſclirofiȝ icipiētē ſanare ē poſſibi le plurimū extēſū vo q̄ſi plures dies īpoſſibi le ē ſanare: ꝑeūt āt pluresſ in tēpoꝛe āplioꝛi: ⁊ q̄ dā quibus melius ſecedit venter pereūt cito. Manifeſtū ē āt ꝙ ſufficienter oꝛificia ſūt ꝯſtricta vaſoꝝ trāſmittētiū nutrimētū ab ep̄is ſima ad gibbū. Incipien tem itaqȝ ſclirofim in eo farmaca q̄ illius flōnis liberabāt predicta: nō.n. tolerat virtus hec farmaca foꝛtia quēad modum ſplē ſupmiſcere: ergo oȝ his que illi propter eiꝰ flōnē adducunt mollificantia. Erant āt que ex abſinthio ⁊ extrēitatibus ⁊ mirabolanoꝝ expreſſione ⁊ olei nardi ni ſpicati ꝯficitur adhuc ⁊ maſticini ⁊ malini ⁊ mirtini: hecigit ⁊ thus ⁊ armoniacū ⁊ bdelliū ⁊ predicte pingue dines mixte incidere potētia factū i epate ſanabūt ſclirim cū his ſimul que potātur ⁊ farmacis diſopelantibus ⁊ ex purgantibus epar ⁊ cū ꝯgrua dieta ad hanc intentionem tendente. Sunt autem ⁊ hic que in renibus lapidem frā gentia ſupermixtis ⁊ aliquiblis diureticis que ſunt nota.

¶ Cap. v. de glandulis ⁊ earum que illius generis ſunt ⁊ puſtulis glandulofis.

Glandula nomen eſt membri vt ſuperius di ctum eſt: ⁊ nomē eſt egritudinis ipſiꝰ vt apo ſtēatis ⁊ tumoꝛis prout aſſumitur hic: glādu le ergo ex apoſtematibus ſunt flēcis ſi molles ſint: ſi vero a pꝛīcipio dure ex mlēcis de quibus xp̄o duce infra dicemus. Et quidē ab apoſtēatibus differūt quoni am ſunt ſepate a mēbꝛis i quibus fiūt ⁊ mobiles apoſtēa ta vero ſunt īpis affixa: ⁊ tamē generanſ preter naturam. In quibuſdā mēbꝛis glandule ipſe tūentes adeo vt ſint ſicut auelana vel nux ⁊ maioꝛes vt in vola manus ⁊ ſupra frontem ⁊ ſeparantur cū premūtur deinde redeunt mlī'o tiens ⁊ quandoqȝ nō redeūt: ⁊ quandoqȝ pꝰ aurē ⁊ ī col lo: ⁊ ſunt vocate figule. Cauſa eius exterioꝛ eſt ſupfluitas flegmatica ſuperinfuſa eis a circunſtantibus membꝛis ſȝ neruis ⁊ pāniculis prout ſupꝛa ī cura apoſtēatis ē dictuȝ Signa vero ſūt qm̄ mobiles ſunt ⁊ molles ac pui doloꝛis. Et cura eius in fronte vel vola manuſ eſt vt redeat ⁊ non redeat. Et eſt due res: mollificare ⁊ digerere; deide euacuare ⁊ reſoluere. Primā ꝯplēt mūdificātia.ex qbꝰ armoniacuȝ in aceto diſſolutū ⁊ ſub lamina plūbea ſun ctum que ſuperponatur illi ⁊ ꝯſtringatur ꝙ ſi non rede at frangatur ⁊ teratur ꝯpreſſione ac ſuperligatione p̄dic te lāine: ꝙ ſi nō recedat ſcidat cutiſ ⁊ extrahat deide iciſio cutis ſiet ⁊ q̄dā pſoꝛāt ⁊ cū cauſtico farmaco paulatie coꝛ rodendo ꝯſumūt meliꝰ āt eſt cū inciſione: qm̄ vlcus mi nus efficitur ⁊ cicatrix minoꝛ relinquitur. Cura vero eiꝰ que in collo exit ⁊ poſt aurem eſt cura apoſtematū glan duloſoꝝ ⁊ adhenaꝝ ſuperius dicta. Et ex appropꝛiatis ei eſt cinis limatiaꝝ ꝯfectus cū adipe an̄ qua: aut ſalita nul la quidem media eſt ei par. Et iterum cinis muſtelle per mixto eius cerebꝛo cum oleo de lilio ⁊ āquaq̄t ⁊ detur confert etiam ſcrofulis. Contingūt quandoqȝ puſtule glanduloſe in membꝛis: ⁊ cura eaꝝ ē cū ꝯpreſſiōe p̄dicta.

¶ Capitulum ſextum de nodis.

Nodi ex apoſtematibus ſunt ſclirofis ⁊ duris Et cauſa eius interioꝛ eſt flegmatis groſſi ⁊ viſcoſi diſcurſus ad aliquam ſuperficialem ꝑ ticulam coꝛpoꝛis plurimū ad doꝛſum manus ⁊ pedes ⁊ iuxta iuncturas cuius obuiatio ⁊ duricies fac vt de mlīcoꝝ genere licet ex flegmate fiant in pꝛīcipio cu ius pars ſubtilis exit reſoluta ⁊ groſſa dura remanſit qua re inter melancolica q̄nqȝ numeratuſ ⁊ plurinum durus eſt: ⁊ quandoqȝ eſt ſicut caro aut puls aut mel: aut aliud non durum valde: ⁊ propꝛie cum in curuaturis iunctura rum euenerit. Et quedam ſpecies eius eſt glandularum durarum que ſunt ſimileſ akilie. Et quandoqȝ accidit vt nodetur neruus ⁊ aſſimiletur nodo licet noduſ nō ſit. Et non differt a nodo eo ꝙ non ſeparatur ab oī parte nec a longitudine nec a dextra nec a ſiniſtra. Et quandoqȝ acci dit a cauſa exterioꝛi vt a percuſſione ꝙ ſimilatur nodo ⁊ eſt rotundus albus ſimilis capiti claui eueniens in pedi bus ⁊ plantis pedum plurimum: ⁊ pꝰ curationem exitu rarum: ⁊ eſt prohibens inceſſum. Cūqȝ curatur in pꝛīci pio cum ſtrictura ſuperpoſita reſoluitur ⁊ deleſ nec redit In proceſſu vero opoꝛtet vt incidatur ⁊ extrahatur vel curetur vt cancer. Et eſt differens a glandula molli i ſuo pꝛīcipio: ⁊ dura in ſui fine: qm̄ glandula eſt mobilis ſepa rata a membꝛo cuȝ coopertoꝛio ſeu folliculo ſuo. Nodꝰ vero eſt magis cum eo in membꝛo: ⁊ eſt magiſ durus ner uoſus ⁊ doloꝛoſus ⁊ cum compreſſione ſpargitur ⁊ nō re dit: alia vero non. Et cura glandulaꝝ nodoſarum glādu loſoꝛum dicta eſt ſupꝛa immediate. Et quidem cura no doꝛum ceteroꝛum ſimilis eſt illi. Completur.n. mollifi cantium premiſſione ⁊ digerentium: ⁊ deide compreſſio ne foꝛti frangente ⁊ contrahente lamie plumbee ſup ipſū vt vbi ſupꝛa dictum eſt: vt vltio perfoꝛatiōe ⁊ iciſione. Et quidem perfocatio fiat cum farmacis cauſtis que dicen tur infra auxiliante xp̄o: ⁊ cum premiſſione euapoꝛitiōis alicuius calidi: ⁊ emplaſtatione cum mollificantibꝰ: dein

de auferatur ſimul cuꝫ kiſt ⁊ ſi nō cum alio ſaltē cū vnci-
nis ⁊ excorietur vt nihil de eo remaneat quoniaꝫ redit: ſi
ergo aliqui remaneat de eo ponatur emplaſtrum cauſticū
quod melius eſt. Inciſio autem fiat prout antilus dixit.
Inquit.n.tende cutim que eſt ſupra nodū cuꝫ manu tua
vel miniſter tendat manu ſua q̄tū poſſibile ē ita ꝙ kiſtis
non tendatur cum ea ꝙ ſi tendatur caute incide cutem vt
⁊ ciſtis nodi non incidat qm̄ illud eſt quod te prohibꝫ vl
tiare excoriationē. Cū ergo incideris ⁊ appeat tibi kiſtis
nodi extende lacera cutis retro cuꝫ vncinis: ⁊ incipe exco
riare kiſtim a carne circunſtante: cum vnguibus aut iſtru
mento donec egrediatur kiſtis ſana cum nodo qui in vē
tre eius eſt: ꝙ ſi aliquid de kiſti remaneat quia abſcindat
vel rumpatur tunc extracto illo quod potuit extrahi ſup
illud quod remanſit redibit nodus maior. Cuꝫ ergo to
tus nodus cum tota eius kiſti fuerit expulſus ſi cutis non
ſuperfluat a loco vulneris ꝑꝑ paruitatem nodi tūc abſter
ge ſanguinem ⁊ ablue vlinis cum mellis aqua ⁊ ſue eam
⁊ incarna: ⁊ ſi magnificatis ſuper ipſum plurimum pro-
pter magnitudinem ⁊ compreſſionem nodi tunc abſcin
de radicem eius totam: deinde cura. Et ſi nodus eſt vici
nus neruo vel vene ⁊ eſt de illis que excoriantur tunc ex-
coriare ipſum eſt neceſſarium ita ꝙ neruus vl' arteria nō
ledatur qm̄ facit accidere ſpaſmum. Et in mellino quidē
etiam ſolicitus ſit vt extrahatur cum kiſti integra ne rū-
patur qm̄ ea rupta egreſſio eius eſt difficilis: ſi vero acci-
dat vt rumpatur rectum eſt vt excorietur ⁊ ſtringatur ⁊ li
getur cum ligamentis: ⁊ ſi currat ex eo ſanguis plurimus
conſortetur patiens ne cadat in defectionem ⁊ ſincopi: ꝙ
ſi cadat cura eum cura ſincopis. Et ſi quidem timeat ne
quam toleret excoriationem neqꝫ medicamen acutū: ſed
perforationem tm̄ ſed in tali perforatione facta extrahat
quod egreditur facile. neqꝫ preſumaſ de kiſti cum excoria
tione vel medicamine acuto extrahendo immo pone in
illo poſtquam egreditur illud quod potuit oleum cū bu
tiro calido nam cum iſtis putrefiet ⁊ egredietur ꝑ ſe. Et
ex bona medicatione mellini ſanioſi eſt vt euaporetur cū
aliquo calido: deinde ēplaſtetur cū aliquo paſſulis enucl.
deinde excorietur cutis ⁊ ponatur medicamē acutū. effic.
n. vt non redeat quale eſt calx ſapo ⁊ cinis: ⁊ illa que cur-
runt curſu eorum que dicta ſunt de erūpentibꝰ exituras
Glandulas autem que ſunt velut alkilia ⁊ ſūt ſpecies no
di extrahe ſi poſſibile eſt abſqꝫ nocumento neruoꝝ ⁊ vici
norum membrorū: ⁊ ſi ſint in loco vicino cordi: ⁊ neruis
vt in māu vel pede ⁊ ſupra ipſum nō extrahas ipſas qm̄
facit cadere patientem in ſpaſmum immo contere ipſum
⁊ conſtringe ſuper ipſum rē cui ſit grauitas cum matura-
tione vt eſt lamina plumbea vncta: ⁊ ſignum ſufficienter
compreſſionis eſt vt ſuperſiat membrum. Medicamen
bonum ⁊ eſt Abo. ex acutiſ. ℞. calcis. ʒ. iiij. fecis vini adu
ſte. ʒ. ij. nitri. ʒ. ij. magnet. ʒ. i. ferueant in aqua cineris fer
uitionibꝰ paucis ⁊ ponantur in ampula de plūbo ⁊ rore
tur ſemper ne exiccetur. Aliō bonum nodis ⁊ glandulis
⁊ ſimilibus. ℞. arſenici rubei: ellebori ana. p. ij. corticum
heris. p. iiij. ⁊ fiat linimentum cum oleo roſato. Empla-
ſtrum bonum Raſ. ⁊ etiam in mellino ⁊ in omnibus exi
turis calidis ī quibꝰ eſt hūor calidus leuiſ. Recipe galba
ni: bdelij: ſordicici. vaſiſ apiꝫ: ⁊ glutinis albori ān partes
equales

¶ Capitulum ſeptimum de apoſtemate ventoſo quod
inflatiuum dicitur.

Apoſtema ventoſum tumor eſt inflatiuus
membris preter naturam eueniēs. Et quidē
alius eſt qui fit a vapore leui facile reſolubi-
lis: ⁊ alius eſt qui a groſſo aggregato in mē
bro ⁊ inflatio dicitur. Et eſt duplex: vna que ex ipſo ſpi-
ritu groſſo fit aggregato in membrorꝫ vel viſcerum ca
uitatibus conſtipatis vt ſtomaci: inteſtinorum: vel inter
frenes ac ipſa vt in colica ⁊ iliaca accidit ⁊ timpanite: ⁊ di
cta eſt inflatio proprie habens percuſſiones ⁊ ipetus apō
infirmi ſenſum vel medici perceptas propter motum illi
us in ſpatio quo continetur amplo ⁊ infuſione eiuſ: ⁊ trā
ſitum ſubitum: ⁊ in vacuitates illas a mēbris a quibꝰ ge-
nerantur vt in colica ⁊ iliaca cum vehementi dolore pro
prie eſt ſentire vel cuius cura in prima ſectione eſt dictum
Alia eſt ex ipſo ſpū ſubito vel paulatim influxo a nutriti
uis mēbris ad aliquem locum ſeparātem inter adheren-
tiam ſuarum ꝯtiguatarum partium vel eiuſ medio aggre
gato: ſicut cum inter muſculos ⁊ cutem conſtipatam ī po
ris cooperientē eos aggregatur: aut inter oſſa ⁊ membra
num eorꝫ: ⁊ inter neruos vel cordas vel iuncturalia me
bra aut in eius ſubſtantia aggregato vel inter ſubſtantiaꝫ
muſculorum que qꝫ extendendo eleuat in tumorem dicta
eſt apoſtema proprie habens a predicta driam. qm̄ in hac
ventoſatio eſt quieta quia intercluſa in ſtricto ⁊ cum reſi-
ſtentia tact ui ⁊ dolor propter tenſionem ad differentiā
vndimie in qua nec dolor nec reſiſtentia eſt: ſed ceſſio cuꝫ
remanentia impreſſionis in loco de cuius cura ad pn̄s in
tendimus. Cura eius eſt quattuor res cōmuneſ omni in
flationi ſiue ſecundum viſcera ſiue ſecundum collum ali-
quod extiterit. Prima eſt doloris ſedatio. Complet āt
calidis anodis ⁊ illis proprie quecunqꝫ virtutem extēua-
tiuam ⁊ reſolutiuam groſſi ventoſi ſpiritus habēt ⁊ reſo-
lutiuā. Qualia ſunt proprie calefactoria hipo. ſicca ex ſale
⁊ milio ꝑꝑ ſuauitatem ſuam: vel ex ſale ⁊ furfure ⁊ ſimili
bus: vel alia humida ⁊ mediocria. Secūda eſt regimen.
Cōpletur vero cū extenuatiua dieta mixtionē habēte ali
cuius reſolutiui ventoſi ſpūs ⁊ ꝯmouēs ipſū que ex ꝑdi-
ctis eſt nota. Tertio eſt euacuatio ventoſi humoris ⁊ vē
toſitatis a membris ex quibus influat talibus extremitati
bus forte. Cōpletur vero cū his que dicta ſunt ſupra ſec
tione prima de cura inflatiōis. Quarta eſt expulſio eius
de loco in quo aggregata exiſtit. Cōplet vero cuꝫ his q̄
ſpūs ventoſi groſſiciē attenuat ⁊ cutis ſeu mēbri in quo ē
intercluſus ⁊ ꝯſtrictus tenet poros aperiūt q̄ calida ſūt ⁊
ſicca ⁊ plā: differētia tamen ſm ventoſitatē ſpūs ⁊ particu
larum differētiā in ꝯſiſtētia ⁊ natura: adhuc vero ⁊ cauſa
rū ac mixtiōis ⁊ tpm ipſius differentiā ſꝫ ꝯſiſtentiā ſpūs
qꝫ groſſi vel ſubtilis ſm pticulaꝝ vero naturā vel ſm ſitū
ꝓfūdū: ſic cū inter oſſa ⁊ mēbranū coopiēte ipſū fuerit in
tercluſa aut ſuperficialē: vt cū inter lacertū ⁊ cuteꝫ exiſtat
vel ſm mēbri ſubſtātiā ſolidā vt neruos: tenantos ⁊ iun-
cturas: vel rarā vt cū fuerit in lacerti ſubſtantia. Adhuc
vero in parte eius que magis neruoſa ⁊ ſenſibiliter ⁊ que
minus. Nā exīte vētoſo ſpū groſſo fortiora expediūt ꝙ
exiſtente ſubtili. exīte vero in ꝓfūdo fortiora ſūt neceſſa
ria ⁊ lēptomeris ſbē ꝙ ſi ī ſuperficie ſit aggregatꝰ. Qua
lia ſunt ex oleis rutaceū: coſtinū: de enulla: de piperibus
ſpica: ō caſtoreo: de terebētina: ō lauro: ⁊ aplōꝝ ⁊ ſimilia
Sunt qꝫ neceſſaria quandoqꝫ que ex profundo ad ſupfi

ciem trahunt: vt eſt fricatio dura: ventoſatio cum ſuffici
enti flāma: ⁊ farmaca trahentia de pſūdo: vt ſūt ēplaſta d
apo: ſemē vrtice generis lauri ⁊ ſimilib⁹: cū melle ⁊ q̄ ex
ſinapi ⁊ alijs adurētibus fiūt. Si quoq̧ in mēbro dure ⁊
ſolide ſbe ſit fortiora conueniunt ⁊ ſubtiliora q̄ſi in mē-
bro rare ſbe vt muſculus ē ⁊ ei⁹ parſ proprie que circa me
dū eius: que. n. circa iūcturaſ pars eius ē neruoſior ⁊ du
rior: i tali. n. mēbro rare ſubſtātie ſenſibilis talia alienētur
cōmode ne terantur ab eis ⁊ fugiant: ⁊ maxie cū talꝰ iſla
tio acciderit i lacertiſ pp attractionē vel plagā que accidit
eis vel quid flōnis fuerit ei mixtū tūc. n. cū medicinis rſo
lutiuiſ mixta ſint ex dolorē ſedātibus aliqua. Qualia ſūt
que ex rob ↄfuſo cū oleo hn̄te virtutē reſolutiuā vt oleū
anetinū: camomillinū: ⁊ ſimilia in quibus infuſa ſit lana
ſuccida ⁊ ſuccus ipſius adminiſtrētur tepida: ⁊ ad calidita
tē declinātia ⁊ ne pmittātur infrigidari: frigidū. n. nocet
eis: ⁊ demū quale ſit ex ſapone: vio: oleo ⁊ aceto mitigat
n. dolorē repellit ſtipticādo ⁊ reſoluit. Nō ſi illic dolor
cū flōne fuerit illic a pricipio: tūc adminiſtra reſoluentia
olea in quibus ſedatio eſt doloris cū phibitiōe ſeu reper
cuſſione aliqua a pricipio: ſicut oleū violatū vel roſatū cū
virtute olei anetini vt repellēdo ⁊ ſedādo dolorem reſol
uat: ⁊ qn̄q̧ inuenitur alienatio aliqua p ea addatꝰ illō qō
addit ad reſoluēdū: ſicut vinū nigrū vl ſtipticū vel coctū
⁊ acetū quod virtutē apocruſticā ⁊ reſolutiuam habet.
In dorſo vero facto muſculo licet tibi adderꝰ ſaponē nō
ex̄iſte eo adde anſonitum. i. ſpumā maris non ſit āt lapide
um ſꝫ molle: ⁊ rarū ⁊ albū qm̄ cito reſoluitꝰ ⁊ ē leptomerō
maxime. Deinde cinis addatur ſi talis ventoſitas ⁊ iſla-
tio neglecta fuerit ⁊ moratꝰ diu: primū quidē vtēs farma
co per ſaponē facto: ſo vo aliquo ēplaſtorū q̄ ex lēptome-
ris ⁊ reſoluētibus ſint fortibus: ⁊ mixtis mollificātiſ quo
rū tibi hic aliqua numerantur. Emplaſtū reſolutiuū vē-
toſitatis iterſuſe in mēbris cordoſis neruoſiſ ⁊ lacertoſis
℞. ſordicici balnei que ponatur cū aqua in patella: calcis
nō extīcte ſꝫ q̄titatē qua pueniat ſpiſſitudo ſicut lutū ⁊ li
niatur cū eo: ⁊ qn̄q̧ ſit illud cū vino. Aliud. ℞. yſopi ſic
ce: teratur ⁊ puluerizetꝰ ſup cerotū factū ex cera ⁊ oleo ane
tino ⁊ ēplaſtetꝰ. Aliud. G. ad idē. ℞. terram aq̄ mixtā fac
bullire ⁊ cola prio: ⁊ fiat pura deide rurſus mittēs i ollā
calcē non extīctā lenē vt farinā miſce donec fiat vnctuoſa
ſubſtātia deide ēpla. Aliud. ℞. picis: reſine terbētie: ⁊ ↄfi
ce cū piguedie leonina ⁊ tauria. Aliud. ℞. glutiniſ: calcis
fici ſilueſtris vel cineris eius: ↄfice cū vio vel piguedie leo
nina. Si vero apoſtēa ſeu iflatio ex vapore leui ſit curabi
tur cū leuioribus: ex extenuātibus: quales ſūt ſpōgie i aq̄
aneti aniſi ⁊ feniculi ⁊ carui ⁊ cū oleis leuib⁹ quale ē ane
tinū: de ſemine lini: de ſquinanti: ⁊ ſimilibus

¶ Capitulum octauum de apoſtemate aquoſo.

Apoſtēa aquoſum ē hydropiſis aſclites ⁊ ra
mex aquoſa ē cū i mēbrorū pexīte ↄcauo iter
medio i eis aquoſitas ↄgregata: ⁊ aliud i quo
aquoſitas ↄgregata exiſtit: nō i vacuo pexīte
i eorū itermedio: ſꝫ iter ſubſtātiā mēbri ⁊ mēbranū coopi-
es ipſā qm̄ admodū in epe ⁊ ſplene p anathomiam vide
mus āpullas fieri quibus eruptis aq̄ egreditꝰ de quib⁹ ſu
pra ſectiōe pria ē dictū. Et qn̄q̧ eſt iter duas tūicas cutis
ſeu duas cutes vt cū aliq̄ āpullā ſeu veſicā plenā aq̄ i ma
nu vel pede fieri videm⁹ ſic cretice i piplōicis ↄtigit vt hi
po. i pnoſticis dixit. Et cura ei⁹ ē due res. Prima ē cra
tio. Cōpletꝰ āt pforatiōe. Secūda ē pforatiōiſ curatio
ↄpletꝰ āt veſice ⁊ cutis abſciſiōe: deide ↄglutiatiōe ſeu cica
trizatiōe ⁊ iduratiōe ſbterioris cutis qō cū ſiccātib⁹ ſiet.
Et ex appropriatis ⁊ ↄueniētib⁹ ei ē ſordicies balnei ſiue
ventoſa ſiue aquoſa ſit: ⁊ ꝓprie ſi cum ſpongia ſuperpōa
tur: ⁊ expreſſius emplaſtatus extenuat ramicem.

¶ Cap. ix. de dubelati frigidis ↄprehēdētibuſ humores
muſcoſoſ gipſeos ⁊ lapideos arēoſos ⁊ capillares ⁊ alios

Dubelet nom̄ duobus modis accipitꝰ generalr̄ ⁊
ſpālitꝰ. Generare quidē ad oē apoſtēa cuiuſcūq̧
generis ſit aggregās materiā i loco vlcerato ſeu
continuitatis ſolute ipſius mēbri i quo ē ſiue a pricipio i
cipiat apoſtēa calm̄ cū aggregatiōe materie i eo ac ſolōne
tali: ſiue apud ſtatū eētie ⁊ tūoris ſui: ⁊ exitura ē illius ge-
neris. Eſt. n. exitura ꝓprie apoſtēa calidū aggregans ma
teriā i loco ↄtinuitatis ſolute ſeu cupo: ⁊ ſit ei caput acutū
vt ↄuertatꝰ i ſaniē: deinde generatur ⁊ maturatꝰ ſanies. de
inde rperitꝰ. Et noduſ ē ēt aggregās materiā vt idureſcat
nō vt ↄuertatꝰ in ſaniē de quib⁹ ſupius dictū ē. Proprie
vo nomē adubelati cadit ſeu dicitꝰ de apoſtēate aggregan
te ⁊ ↄprehēdēte i regiōe ſeu loco itermedio ſolute ↄtinui-
tatis apoſtēate pticule res diuerſi generis ſi hūores mu-
ſcoſos: gipſeos: ⁊ lapideos: arenoſos ⁊ capillares: fuſcos
carbones: oſtracos: lutū: amurchā: ⁊ tūboſ ⁊ ſimilia. Ta
lis autē apoſtēatis diſpō pueniit vel trāſitione flegmonū ⁊
eriſipilarū multarū i ipſā vel ſine his vt ex abundātia hu
morū aliquorū vel ſpūoſorū vaporū aggregatorū i ea regio
ne itermedia apoſtēoſe pticule ſiue ex ipſa pticula ſiue pa
tiēte ex alijs ſuperfluētibus illius. Cū igitꝰ loc⁹ itermedi⁹
apoſtēatarū pticularū replet⁹ fuerit talib⁹ hūorib⁹: ⁊ ſic lō
go pſiſtēs tpe hūoris ipſi ex diuturnitate tēporis mltiſor-
mes alterātiōes recipiēt: vñ predicte reſ diuerſi generiſ p
ducūtur. ſiūt āt ſm viſcera ⁊ ſꝫ ſupficiē cutis talia apoſte
mata. Signa eorū vero q̄ in ſuperficie cutis ſiūt cognitio
ē facilis: ſanatio vero difficilis. Cognoſcitꝰ āt tēperate ex
tactu ipſorū iuenire ē ⁊ ſetire ē in eis diuerſitatē corporū p
dictorū diſtictorū mollicie ⁊ duricie: ſubtilitate ⁊ groſſicie
Cura vo eorū ſit p iciſionē ⁊ extractionē illorū: ⁊ p farma
ca exterius ſuperpoſita: ⁊ attrahētia ⁊ educētia: quale eſt
ēplaſtū de fermēto ꝓprie dicto i antidotario noſtro abſq̧
his que ſumūtur interius: quēadmodū ea que ex talib⁹
ſm pfūditatē ſiūt: ⁊ maxie ſm viſcera: ſūt. n. tanquā occul
ta difficile cognoſcibilia: ⁊ curabilia que indigent medici
nis non ſolum exterius applicatis: ſed ebibitis erūpenti-
bus magis ⁊ mundificantibus incarnantibus ⁊ ↄſolidā
tibus: quales in prima ſectione ſunt cōmuniter dicte.

¶ Seqtur ſūma. 4. pticule ſecūde ſectiōis ſecūde q̄ ē de
medicinis apoſtematū melācolicorū ⁊ ↄtiet capitula tria.

Equitur ſum
ma quarta particule ſecūde
ſectionis ſecūde que de me-
dicinis apoſtematum melā-
colicorum continens capitu
la tria.

Capitulum primū de apo
ſtematibus duris ſiue duri
cie: ex quibus ſunt ſcrofule
⁊ borā.

¶ Capitulum ſecundum de cancro.